Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



adidola manu facta. sed ad deum suum inclina
bitur: & respicient sem isrl & aras lucosq; ac delu
bra contempnent. Scientes illud scriptum. omnis
plantatio quam non plantauit celestis pater era
dicabitur: In die illa erunt ciuitates fortitudi
nis eius derelicte sicut aratra & segetes: que de
relicte sunt a facie filiorum isrl. Et erit deserta:
quia oblita es dei saluatoris tui. & forus adiuto
ris tui non es recordata. lxx. In die illa erunt ciui
tates tue derelicte sic dereliquerunt amorrei
& euei a facie filiorum isrl. & erunt deserte: quia
dereliquisti dm saluatorem tuum. & dni aux
iliatoris tui non es recordata. Quomodo sub
moyse & iesu naue amorrei & euei siue ceteri
gentes que habitabant in terra repromissio
nis dereliquerunt uomeres & segetes & aceruos
magris atq; fugerunt. ne ab hostibus occu
parentur: sic terra iudea & omnes urbes illius
robustissime romanis iudeam uastantib & obsi
dentibus ierusalem. a suis habitatoribus derelic
ta sunt: & fit apostrofa ad ipsam terram iude
idest ad eos qui habitant illa. hec autem uni
uersa perpessa es. quia oblita es dei saluatoris